dicis, continuis medicamentis, et curationē quotidiana.

Hæc igitur voluptuoſa ſunt? dic mihi. Ecquis ſciens quid tandem ſit voluptas, dicet eſſe? voluptas enim percipitur, cum præeunte cupiditate fructus ſequitur: quòd ſi fructus quidem extet, cupiditas verò nuſquam appareat, voluptas euaneſcit & extincta eſt. Quapropter etiam ægri quanquam ſuauiſſimos appoſitos cibos, cum nauſea deguſtant, ſibiq́; moleſtiam exhiberi opinantur: quoniam abeſt cupiditas quæ fructum iucundiſſimum reddit, Neque enim ciborum natura, neq; potus, ſed veſcētium appetitus cupiditatem parere ſolet, & vt voluptatē afferat à natura

τρῶν, καὶ συνεχῶν τῶν φαρμάκων, καὶ καθημερινῆς τῆς θεραπείας,

Ταῦτα οὖν ἡδονῆς; εἰπέ μοι. Καὶ τίς ἂν εἴποι τῶν εἰδότων ὅ, τι ποτέ ἐστιν ἡδονή; ἡδονὴ γὰρ γίνεται τότε, ὅταν ἐπιθυμίας ἡγουμένης ἀπόλαυσις ἕπεται· ἂν δὲ ἀπόλαυσις μὲν ᾖ, ἐπιθυμία δὲ μηδαμοῦ φαίνηται, τὰ τῆς ἡδονῆς οἴχεται καὶ ἠφάνισται. Διά τοι τοῦτο καὶ οἱ νοσοῦντες, καίτοι σιτίων πολυσπουδάστων αὐτοῖς προκειμένων, ναυτιῶντες, καὶ ἐνοχλεῖσθαι δοκοῦντες, οὕτως αὐτῶν ἀπογεύονται· ἐπειδὴ ἐπιθυμία οὐκ ἔστιν ἡ τὴν ἀπόλαυσιν ἡδίστην ποιοῦσα. οὔτε γὰρ ἡ τῶν σιτίων φύσις, οὔτε ἡ τῶν ποτῶν, ἀλλ' ἡ τῶν ἐστιωμένων ὄρεξις τὴν ἐπιθυμίαν τίκτειν εἴωθε, καὶ τὴν ἡδονὴν ἐργάζεσθαι πέφυκε. Διὰ τοῦτο καί τις σοφὸς